

deo patre p̄m fideliter dicat h̄c: vt iesus
 p̄s dei ⁊ virginis fili⁹ religiosa fideverissime
 possit dici. hinc bern. enūeratis multis pro-
 ganis subiūgit. **Q** si adicias. cui⁹ m̄ est:
 q̄ iam poterit lingua etiam si angeloz sit di-
 gnis extollere virginē m̄rē dico: nō cuius
 cūq; sed dei. ⁊ subiūgit. h̄c ē ḡ virginis n̄e
 singularis ⁊ excellens prerogatiua: q̄ filium
 vni eundēq; cū deo patre meruit h̄c p̄mu-
 nē. nec teū alia mater. nec virginē m̄rē. de-
 cui alius fili⁹. q̄ vt ait damas. **I**psa vocat
 thotocos. q̄ sonat mater dei. **D**ecimū pri-
 uilegiū p̄secuta est virgo sc̄a q̄ omnib; gra-
 tijs est dotata. hoc n. nulla alia pura creatu-
 ra est aliq̄n cōsecuta. **M**ā vt ait ap̄. diuisio-
 nes gr̄az sunt. ⁊ itez. **U**nicuiq; vest̄z data
 est gr̄a fm̄ mensurā donatōis xp̄i. marie au-
 tē nō fm̄ mensurā data ē gratia s̄ oēz gr̄am
 plenissime est cōsecuta. hinc ex. p̄sona ei⁹ d̄z
 Eccl̄. xliij. **I**n me om̄is gr̄a vie ⁊ veritatis
 ac si dicat. **I**n me est oīs gratia vie. i. b̄ vi-
 te om̄i homini. om̄i statui. om̄i etati pueni-
 ens. hinc hiero. **C**eteris p̄ p̄ies. marie vero
 tota se iufudit gr̄e plenitudo. q̄ p̄lcre daf
 intelligi gen̄. i. vbi d̄z. **C**ongregant̄ aque q̄
 sub celo sunt in locū vni. ⁊ sequit̄. **C**ongre-
 gatōesq; aq̄rū appellauit maria. ac si dicat.
Locus in q̄ oēs gr̄az aq̄ congregant̄ appellabi-
 tur maria. **E**ndecimū priuilegiū p̄sistit in eo
 q̄ est oib; virtutib; adornata. q̄s n̄ tenui-
 ter nec mediocriter sed perfectissime posside-
 bat. q̄d auctoritatib; ⁊ rōib; poterit cōpro-
 bari. **E**t primo auctoritatib; d̄z. n. eccl̄. xliij.
 ex p̄sona eius. **I**n me om̄is spes vite ⁊ vir-
 tutis. **U**n̄ ei possumus dicere illud **M**urb.
Sat om̄is p̄ls qui habitat infra portā v̄z
 bis te esse mulierē virtutis. **P**anōib; idem
 oñd̄if: q̄ de⁹ virtutū qui nullū locū inhabi-
 tat nisi sit virtutib; respectus ad momentū
 ei nunq; defuit. **Q**ui ḡ h̄t euz in q̄ est om̄is
 virtus. h̄t vtiq; ⁊ p̄ p̄ns virtutes. h̄c bern.
Ipsa aū marie repleuit mentē q̄ ventrem: ⁊
 cū recessit ab utero ab anio nō recessit. **C**uz
 ergo tota diuinitas in ea corporaliter habita-
 ret. p̄ns est vt oportuerit eā esse oib; virtuti-
 bus adornatā. **D**uodecimū priuilegiū ē q̄
 in celo sup̄ oēs est exalta. q̄d ap̄re canit ec-
 clesia. **E**xaltata est sc̄a dei genitrix. ⁊c. de hoc

require in alijs s̄monib; ⁊c.

LXXI. De eodem sermo octauo.

Intrauit iesus

in quōdam castellū lu. x.

Dicit bern. **Q**uōd dñs ac salua-
 tor n̄ semel ⁊ in vno loco visibiliter tunc tē-
 poris dignat⁹ ē opari. hoc etiā nūc vbiq; ter-
 ratū in cordib; electoz opatur inuisibiliter.
Ecce in euāgelio loq̄ntē audiuim⁹ q̄ in quō-
 dā castellū intrauit iesus ⁊ m̄rē quōdam mar-
 tha noīe excepit eū ⁊c. **Q**uid est aut̄ hoc ca-
 stellū nisi cor hūanū. **S**ed q̄ de⁹ manēs in
 carne n̄ frequentauit domū marthę p̄pter li-
 gna ⁊ lapides ex q̄b; erant fabricata: s̄ p̄pter
 familiā quā diligebat q̄ ibi erant p̄gregata
 sc̄z p̄pter lazaz ⁊ marthā ⁊ mariā. sic d̄z ioh.
 xi. **D**iligebat aut̄ iesus marthā ⁊ sororē ei⁹
 mariā ⁊ lazaz. **S**ic ⁊ castella cordiū nr̄oz
 nō visitat dñs nec frequētat nisi eadez familia
 sp̄ualiter intellecta in nobis fuerit p̄grega-
 ta. hinc bern. **I**ntrat domū nr̄am saluator ⁊
 frequēter visitat eā quā lazaz⁹ penitēs primo
 mūdāt. martha fideli dispēsatiōi ornat. ma-
 ria replet interne dedita p̄replaton. ita viez
 vt lazaz⁹ hūil̄t sentiat de seip̄o. martha mi-
 sericorditer de p̄rio. maria sublimiter de deo
Hēt igit̄ lazaz⁹ formā penitētijs signās inci-
 pientē. martha formā b̄n̄ dispēsatis signās
 p̄ficientē. maria vero formā p̄replantis: si-
 gnans p̄fectōem attingentē. **Q**ui ḡ domuz
 in corde suo deo preparare desiderat quā dñs
 virtutū visitet frequēter ⁊ inhabitet libenter
 istaz triū p̄sonaz lazari viez marthę ⁊ ma-
 rie in se officia transfiguret. **I**nq̄cūq; n. do-
 mo materiali vt in claustrō: siue sp̄ualiter in
 corde h̄c tria officia b̄n̄ ordinata fuerint. il-
 lam de⁹ visitat libenter ⁊ inhabitat frequēter
 dicit. n. bern. de vtraq; domo. **C**onsiderem⁹
 fr̄es quēadmodū in hac n̄a domo tria hec
 distribuerit ordinatio caritatis lazaro peni-
 tentiā. marthę aministratōem. marie p̄rem-
 platōem. h̄t h̄c si l̄ q̄curq; p̄fecta est anima
 magis tñ videns h̄c singla ad singlos perti-
 nere: vt alij recogitēt ānos suos in amaritu-
 dine aīe sue tanq̄ vulnerari dormiētes cū la-
 zaro ī sepulcris. alij dediti sūt sine aministrati-
 oni. alij vō vacēt s̄c̄te p̄replatiōi. **E**t q̄ om̄is

Sermo

claustralis in his tribus statibus est inclusus: ideo hos status transcurrentes de singulis aliquid differam. **Q**uod autem omnes claustrales in his tribus statibus sint inclusi: apte insinuat bernicus dicit. **Q**uibus nulla credita est dispensatio a ministratio nulla est commissa. his omnino sedendum est aut secundum pedes domini cum maria: aut cum lazaro intra septa sepulchri. quam sententiam iterum replicat licet sub alijs verbis ita dicit. **I**terum dico ne quis de ignorantia se excuset. oportet te frater ad quem fabricanda seu erigenda inter vandas noe arca nil spectat: aut vix esse desideriorum ut daniel erat: aut cum beato iob virtum dolorum et scientem infirmitatem. **U**bi habet autem hos tres status simul quocumque perfecta est anima. Ad quam perfectiorem quicumque venire desiderat primo statum lazari transseat: qui in vera consistit penitentia. quam peracta marite officium fideliter faciat: ut tandem in his duobus fideliter inuentus preplationem transseat. qui quod volumus habere desiderat. id est contemplationem. primus. scilicet penitentiam lazari non refutet. **P**rimus ergo status est nouitiorum siue incipientium. ne autem de nouitijs dubitates hos solum reputemus nouitios: qui primum annum nodum in ordine compleuerunt. id bernicus describit eos nobis et notificat ita dicit. **S**i. lx. annis in ordine stetit et non profecisset: nouitium te reputo. **S**unt autem tria signa in quibus cognoscimus nos non profecisse: et per penitentiam nouitios ad huc esse. scilicet si nodum super peccatis accepimus consolationem: si nodum intrauimus nouam deuotionem: si remissionem feruorem et affectum. de idem bernicus. **Q**ui diu super nostris peccatis in seculo commisisse remissionem non accipimus: in primo conuersionis gradu stamus. de. ij. idem iterum dicit. **S**uadeo vobis amicis meis reflectere pedem a molesta et anxiosa recordatione viarum vram et euadere per itinera planiora noue deuotionis et serenioris memorie beneficiorum dei ut qui in nobis confundimur in ipso intuitu respicemus. de. iij. dicit apoc. ij. **H**abeo aduersum te pauca quia caritatem tuam primam reliquisti. **Q**ui ergo hec tria signa in se inuenierit adhuc se nouitium reputet. **Q**uid autem talibus sit faciendum in predicto verbo apoc. docemur cum ibidem subiungit. **N**emor esto vnde excideris et age penitentiam et prima opera fac. quod est dicere. **Q**ui ex predictis tribus signis nouitium adhuc se re-

putet. **Q**uocumque diu in ordine steterit agat penitentiam et prima opera faciat. id est quod facere debuit cum nouitio et cellam intrauit. quod si non fecerimus accipimus quod sequitur. **S**in autem venio tibi cito et mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi penitentiam egeris. **Q**uicquid ergo ex predictis nouitium se reputet: festinus ad penitentiam pererit: quam qui pagere desiderat: foris in se lazari transfiguret. quam formam nobis bernicus distribuit dicit. **L**azarus signans penitentem debet esse inclusus. ornatus et ligatus. **S**ic enim lazarus iacuit in sepulchro. per quod tria vera et sufficiens penitentia est agenda. **C**upiens ergo verus penitens inueniri. primo ingrediat seipsum tanquam in sepulchrum et intra semetipsum claudat. ibique ab omnibus occupationibus exterioribus statuat se ante se iudicium in corde suo faciens. ibique recogitet annos suos in amaritudine anime sue dicit. **S**ibi illud iohannes. id est quod est opus tuum quod terra tua vel ex quo populo es tuus. **Q**ui autem bernicus facere nos hortatur dicit. **A**scendat homo tribunal mentis sue ut audiat causam preterite vite sue. sedeat rone iudicans. stet accusator. scilicet testis sit memoria. timor carnis ferax: ut nihil penitentiam dimittat impunitum. **H**ec facere monemur. **E**sa. xvi. **P**opule meus in tra cubacula tua et claude super te ostia tua: quia quanto secretius ingredimur et silentius includimur: tanto abominatioris peccatorum nostrorum clarius cognoscemus. **S**ic ergo dicit **E**zechiel. **A**bominatioris tue in medio tui: et iterum. **I**ngressus vidi: et ecce similitudo omnium reptilium et abominatio animalium et vniuersa ydola depicta in pariete in circuitu portus. **Q**uis enim ad manum non habeat quantumcumque innocens iniquitatem et peccata: si tamen inuenta sine dissimulatione estimer in numero. pondere et mensura. **N**isi adiecerit quod est in his offenderit nisi sit durior adamante scindit ad penitentiam. cogitans quod tam multis et grauius tam penitentiam offenderit benefactorum. **S**ecundo dicit esse ligatus cum lazaro interioribus et exterioribus discipline et obedientie: ne tanquam canis reuersus ad vomitum et sus lotus in volutabro luti: ne exhibeat membra sua arma iniquitati ad peccandum: connatus se tam in sensibus exterioribus quam in omnibus membris corporis: ne aliquid facere presumat quod iterum peccare opteat et lugere. **lxx. n. e. v. a. p. n. i. a.**

ut sic commissa defleam? ne itez deflenda cō/
mittamus. Nec sufficit solum exterioribus
nos ligari: sed interiores sensus et motus il/
licitos p omnia refrenare. ne p imaginatio
nes de prius commissis delectationes itez hau
riamus. De hac ligatura dicit Eccle. Vincu/
lū illi est ligatura salutaris. qz sic puer. vi/
dicat. Nō apostata est vir inuul. nō solū aut
inuul ad opandū bonū: sed etia inuul qz
malū augmērat. Tertio nouici? inclusus et
ligatus dicit esse ornatus cū lazaro grauedine
culpabilis psciē: nunqz pmittēs sibi remis/
sionē criminū vana spe sibi blandiēs. donec
dñs misertus sui dicat ei in spū. lazare veni
foras infundēs ei remissionē oīm peccōz. vñ
Eccle. v. De piciatu peccōz noli esse sine me
ni: et ne dicas miseratio dei magna ē. multi/
tudinis peccōz meoz miserebitur. **AC**
Secūs status ē officialiū siue pscientiū de/
signatus p statū maritē: et p rōdo. Nemo
enī digne gerit curā alioz q prius non gessit
curā sui. hinc bern. A te tua pscideratio incho
et: ne frustra extēdatis in alia te neglecto. si
sapiēs es deest tibi ad sapientā si tibi nō fue
ris sapiēs. Sapiens n. primū sibi sapiens
est et biber de fonte putei sui primus ipse. In
acquiritionē. n. salutis nemo tibi germanioz
vnico matris tue. Audiāt gē fficiales mar/
itē officiū exequētes. qz caute a oporteat eos
off. cū exequi: si dei grām et regnū celoz cu/
piunt pmereri. Sūt autē in omni dispensatio
ne meritoria duo neciā: vñ dicit dispensator sit
fidelis et prudēs. hxc enī duo requirit dñs lu/
rei. cū di. Quis putas est fidelis dispensator
et prudēs quē pstituit dñs sup familiā suā?
Hec autē fidelitas dicit tripliciter exerceri: scz
ad deū ad primū et ad seipm. Primo dico
debet eē fidelis deo: vt in omni dispensatio
officij sui per purā intentionē qrat glām dei
qd facere moneat. ij. paral. xij. Videte quid
faciatis et cū diligētia cuncta facite. et hoc est
qd di. lu. x. Martha mar. sol. es. vsqz vnū ē
necessariū. ac si dicat. Licet sollicita sis et cir/
ca plūma occuperis: necessariū tñ est vt hec
oia in vnū. s. deū ordinent: vt licet in se sint
diuersa: in vnū tñ per intentionē redacta
vni deo omnia tribuant. bern. Omnis crea
tura et maxie rōnalis dicit suū principiū imi/
tari: et qz deus vn? est di. moyle. Audi israel
deus tu? vn? est. debemus et nos quicqz esse
vnus sibi per imitationē virtutis et vnū cū
primis p vinculū dilectōis. Secūdo dispesa
tor debet esse fidelis primo: vt oia que ei rōe
officij debent fideliter exhibeat: cauēs in oib/
bus in quibz poterit eoz murmuracionem
Siue g sint debita victualiū: siue debita spi
ritualiū siue et debita mercenariōz pleniss/
me subito ministrant: vt valeat ei dici illud
dāñ. Fideli dispensatori. Gre. Nulla: cām
suspicionis repire poterāt ei eo q fidelis esset
et omnis culpa et suspitio nō inueniret in eo.
Tertio sit fidelis sibi ipi. Tante n. caritatis
circa nos est de? nō: vt nec sibi nec primo no
stro aliqd velit fuiciū qd cū nostro damno
oporteat exhiberi: nequa qz g vult nosira ser
uicia q cū nostro dāno et periculo exhibent.
hinc eccle. xij. dicat. Cōfirma verbū. i. sis qd
vocalis et fideliter age et in omni tpe inueni
es qd necessariū est. Hec g fidelitas veraci?
in hoc pstitit si in omni dispensatio
purā et illesam psciām suamus. ita vt de oib/
bus rebz nihil nōis vnū tñ abstrahamus
de q bern. Reuera fidelis es famulus: si de
omnibz bonis dñi tui nil tuis manibz adhe
rere ptingat. Qui g his tribz modis vt di/
cū est fidelis reperit? fuerit. reuera magnū
vocalis in regno dei. merito etiā ei dicent.
Euge fue bone et fidelis et. de tali n. dispē/
sator dicit. Neemie. ix. Inuenisti cor ei? si/
dele corā te. et sequit. et percussisti cū eo sedul
vt daret ei terrā chanauei. est. ei. et. de
hoc dispensatore dicit puer xvij. Vir fidelis
multū laudabit. Est n. dign? omī laude qz
inueniunt paucissimi sic fideles. hinc puer.
ij. dicat. Multi misericordes vocant. virum
autē fidelē quis inueniet: qsi dicat nō. hinc
Lu. xij. Quis putas est fidelis faus et dispē/
sator. Quis n. est signū raritatis et paucita
tis. Talis enim status est alissimus: et qn/
to altior tanto rarior: et quanto rarior tanto
merces copiosior. Talibus enim dicit Ma
thi. xxv. Euge serue bone et fidelis et. vsqz
supra multa te constituam. Alijs enim sim
pliciter bonis dat merces multa nimis. fide
les autē dispensatores: sic hic pfecti sūt sic et
bi pfecti sūt boi dñi. dñs hoc pmittēte cū di.

Sermo

sup multa te pstitua. Sed heu tales pauci inueniuntur: hoc est qd pqrif dñs Esai. i. Omnes diligunt munera sequuntur retribuciones et ideo nō solū priuant merito magno fidelium dispensatorū sed etiā regno celorum dño expresse hoc dicite lu. xvi. Si in alieno fideles nō fuistis quod vestrum est quis dabit vobis. nihil de terra nō est nisi qntū soli necessitati sufficit. Regnū autē celoz nō est. dño dicente Math. xxi. Venite bñdicti etc. Si ergo fideles nō sumus in alieno. tolletur a nobis qd nostrū esse debuerat regnū dei. **¶** Scdo bonū dispensator nō solū debet esse fidelis sed et prudens. Est autē prudentia virtus p quā diuina preferimus terrenis: p quā vt ait seneca dignitatē rebus nō ex opinione sed ex eaz natura pstituiunt vt qd in dispensatōe fidelitas nō possit: sciāmus p prudentiā dispensare. hoc autē prudentia in rebus pstitit. **¶** Primum bonū malo melius bono. optimū meliori in omni dispensatione sua preeligit. hoc em faciens prefert eternitatē tpi. celū terre. spūalia corpālibus deū rebus. cōmutans oīa transitoria in eterna. **¶** Scdm in q pstitit prudentia: hoc est vt si p latus est sciat lucrari aīas. Huic enī lucro nullū opus nulla dispensatio prefert in hoc mūdo sed omnia q pnt fieri antecellit. **¶** Lucrū em qd in animabz acquirif est infinitū. eo q ipa anima sit bonū qdā infinitū. iuxta illud puer. Infinitus thsaurus est hōminis. **¶** Quā prudentiā sanct⁹ benedictus prudens dispensator nos docet in regula. monēs aī omnia ne dissimulans aut pui pendens salutem aīaz et in doctrina sua imitans aplm qui di. Argue obsera. i. miscens tpiibus tpa et terroribz blandimēta. **¶** Tertio vt cū omnia refuantur in futurū incerta: et nesciat homo vtrū amore dignus sit an odio. sicut dicitur Ecclē. ix. omnia opa sua in bñlitate sepeliat dicens. Feruus inutilis ego suz. qd debui nō feci. nihil onō boi sibi tribuens. quā prudentiā docet nos veritas Lu. xxi. Cū feceritis oīa q vobis pcepta sunt dicite fui inutilis sumus. **¶** Tertius status est claustraliū siue ptemplantiū in psona magdalene pfiguratus. **¶** Ad quē statū cōtemplatiōis qdruplici exercitio puenit. s. ocio. silētio. au

ditu et desiderio: q legimus de maria. Pa. 3 de eius ocio et auditu dicit Lu. vt sup. Maria autē sedebat secus pedes dñi et audiebat verbū illius. **¶** De tertio. s. silētio di. Bern. **¶** Vide progatiuas magdalene q in omni causa deū habet aduocatur. indignat liquidem phariseus. pqueritur foroz. murmurant discipuli et vbiqz maria tacet et p ea loquitur xps. **¶** Quartū autē scz desideriu inuuit Jo. xi. vbi iesu veniēti in castellū dicit occurrisse. **¶** Sic em dicit. Maria cū venisset vbi erat iesus videns eū cecidit ad pedes ei⁹ et dixit ei. Dñe si hic fuisses frater me⁹ nō fuissz mortuus. p quē occursum ei⁹ desideriu intelligimus cōpetenter. **¶** Sic deuoti claustrales cupiētes rachelis apleribz fungi officio magdalene p qd ad nobilē statū valeant puenire pēplariōis. p dicitis qtuoz se habilitē: vt discant deo vacare. tacere. audire et desiderare. **¶** Tūc em deo vacare. cū corde nostro omni tpe: etiā qcunqz strepitu vel labore imminere deo pūne adheremus. qd facere monemur deuterō. cū dicit. **¶** Caue diligenter ne obliuiscaris dñi dei tui. **¶** Tho. iij. **¶** Di. bus diebz vite tue in mēte habeto deū. **¶** Tūc em deo vacare. si cor nostrū in deum affigimus et nulla occasione illud ab eo retrahim⁹ aliqñ. **¶** Scdm habitās nos ad ptemplationē est taciturnitas et silētiū: vt siue a superioribz corripiamur: siue ab eqlibz ptenamur: siue ab inferioribz subsānamur semp clipeū paciētie pferētes: silētiū cordis et oris teneam⁹: vt teste pscia possimus dicere cū iob. **¶** Nōne silui. nōne dissimulaui nōne quieui. et venit sup me indignatio. **¶** Tertio cū maria audiam⁹ verbū dei et oīa q audimus p viribz exequimur di. cū ps. **¶** Audiaz quid loquat⁹ etc. ex quoz verbz virtute aliqñ hōscientes et a nobis penit⁹ recedētes stitimus in deū. iuxta illud. **¶** Aīa mea hōscata ē etc. et taliter hōscere deo occurrere. **¶** Quarto sicut maria cū vehementi desiderio dño occurramus. delicata est enī diuina cōsolatio vt nulli se tribuat nisi cū vehementi desiderio affectet. hinc bern. **¶** Oportet vt ardor desiderij pueniat oēm aīam ad quā ipse est venturus: qui oēm psumet rubiginē viciozū: et sic locū preper dño et tunc scit aīa. qm iuxta

est dñs cum se senserit illo igne succensam:
 et dicit cū ppheta de excelso misit ignē in os
 sibus meis. Tali anie ita suspiranti frequen-
 ter imo sine intermissione oranti et affligenti
 sepe desiderio occurrit iesus xps

LXXII. De eodem sermo ix.

Ego in altissimis

habito Ecclē. xiiij. Dicit Bern.
 Maria omnibus se exorabilem oib/
 bus dementissimā pber. oim deniqz necessi-
 tates amplissimo quodam miseretur affectu
 quippe q̄ in omni genere bonorum in altissimis
 habitat in quibus potest et habet oia que sūt
 bona. Ut autē videamus in quibus altissimis
 habitat ergo sacra. **S**ciēdū q̄ sūt. vij.
 genera bonorū in q̄z altissimis habitabat. **F**unc
 enī purissima generosissima in meritis divissi-
 ma in patiēdo profundissima in solandō a
 bundantissima virtuosissima in p̄emplati-
 one altissima: et hec oia habuit in altissimis.
Primo dico habuit altissimū gradū puri-
 tatis. Cū enī in omnibus hominibus plus et
 minus puritas habeat. illa sup̄ma est et al-
 tissima ubi nulla vnqz asp̄ctio quācumqz
 minimi pulueris ē cōtracta q̄ beata virgo
 habuit q̄ i utero fuit mūdāta: et vsqz in finē
 vite in sup̄mo p̄fectionis mūdissime conser-
 uata. Et iō soli p̄paratur in q̄ nunqz vlla ma-
 cula fuit visa. hinc Aug. Ea puritate nite-
 bat virgo: qua sub deo maior nequit intelli-
 gi que longe angelorū transiit puritatē. Naz-
 reus qui v̄ ait iob. iij. in angelis suis repe-
 rit p̄auitatē in ea nil inueniens p̄auitatis
 de ea di. i. Can. Lora pulcra es. Bern. Ma-
 ria in puritate transcendit anglos et celestes
 oēm sup̄gredit creaturā. **N**ō solū p̄batur
 auctoritate sed et rōis virtute. **Q**uāto enī q̄li-
 bet creatura p̄iunctiorē deo: tanto etiā opor-
 tet esse puriorē. sed ipsa sup̄ oēs creaturas
 fuit deo p̄iunctior: ergo et purior. **S**cōdo ste-
 tit i altissimo gr̄az. quicquid enī altissimū ē
 in gratiis hoc totū habuit virgo sancta. altis-
 simū autē in gratia est oēm habere gr̄am: nō
 pluraliter nec diminute. sed ita sublimiter vt
 eo modo nulla pura creatura eēt gr̄atiā p̄se-
 cuta. **U**n de hoc altissimo ipsa gloriā ecclē-
 di. In me ois gratia vite et vie. ac si dicat.

Dis gratia mihi et omnibus hoībo ad p̄ntē
 vitā p̄ter et futurā nēcia. a deo m̄ misericor-
 diter est infusa. **U**t q̄ breuiter q̄ dicta sūt re-
 plentur. altissimū in gratiis est oīm gr̄am
 h̄re. nō tā sibi soli sed omni hoī inuocāti eaz
 et hoc totū in altissimo. q̄ vnqz pura creatura
 ē gr̄az p̄secuta. **I**n hoc q̄ altissimo tria con-
 fluit. i. oīm. omni. sumū. **O**mnē. i. h̄re gr̄az
 omni indigēti et req̄rēti. et hoc totū insinua-
 tur Ecclē. xij. Videte qm̄ non solūz mihi la-
 boravi sed oībo exq̄rentibz veritatē. **R**

Tercio stetit in altissimo meritorū eo q̄ tam
 multa tā magna. tā sublimia merita nēo vn-
 qz p̄portauit. **P**rimo dico q̄ nēo tā multa
 merita acq̄sivit qz ipsa p̄tinue merebat. ita vt
 momentū t̄pis ei nunqz sine merito p̄tran-
 sisset. **N**am et si ocio aliqui vacasset. hoc ip̄m
 adhuc tam virtuose. tam ex rōnabili causa
 fecit: vt ei nō immerito ad sup̄mū meritorium
 cōputaret. **S**cōdo nemo tam magna merita
 cōportauit. eo q̄ ipsa sua opa immediate in
 ip̄m deū quem in utero portauit lactauit in
 gremio fouebat. exercebat. **N**am si verū est.
 imo qz verū est. q̄ si quis p̄phetam recipiat
 mercedem p̄phete accipiet: et qui recipit ius-
 tum. iusti mercedē accipit. q̄ magnā merce-
 dem accepit q̄ deū nō in hospiciū domus: sed
 in hospiciū corporis et cordis recepit. **E**t si
 mercedem accepit qui dat paupi indumen-
 tum. quid accipit q̄ dat deo carnis indumē-
 tum. **E**t si mercedē accipit qui dat pauperi
 p̄pter deū alimentū. quid accipit q̄ dat ipsi
 deo de liquore cordis. i. de vberibz nutriti-
 um. **T**ercio ei merita nō solū erant multa
 nec solū magna sed etiā sublimia. qz simul
 et actiua et p̄emplatiua vitā sublimiter exer-
 cebat qd nulli vnqz est p̄cessum. **A**lijs enim
 vita actiua. alijs vero contēplatiua est data
 alijs autē qd adhuc plus est vtraqz vita est
 data. sed alternis vicibz. vt aplis. qui nunc
 p̄emplationibz. nūc vero actionibz intēde-
 bant. sed beate virginis simul et semel vtraqz
 est donatū. vt vicz infans foris ab ea aleret
 et intus deitas p̄replaret. vñ ipsa sublimibz
 suis meritis feliciter gloriā Ecclē. di. **E**go
 feci vt oriretur lumē indeficiens et q̄si nebu-
 lam conteri totā terrā. et hoc est lumē quod
 de se di. **J**oh. viij. **E**go sum lux mūdi quod